BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVII^{e} SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar				
PHELYPEAUX DE).......	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-				
Philippe).	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.]1662	II	153
LE BOUTHILLIER(François)...	Théologie	[13 fév.]1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY				
(Gaston-Jean-Baptiste)..	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)............	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)...........	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne).........	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges).....	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent).........	Théologie	[8] mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)........	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)........	Philosophie	[5 septembre] 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques).....	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)......	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)....	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)....	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean).............	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)........	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND(Fr.Guillaume)...	Théologie	[10 jan.1662]	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas).........	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François).......	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles).........	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE(Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)..........	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)......	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER(René)...........	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)...	Théologie	[29]sept.1667	II	177
LEMPEREUR (F.Claude).......	Théologie	[7 juin]1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)..........	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)............	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)..........	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)...	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-				
François de)....	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE(Charles-				
François de)....	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)...........	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F.Prosper).......	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F.Pierre)........	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F.Jérôme)............	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas).........	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE				
(Jean)....	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile).........	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)...........	Théologie	[11]avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques).......	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)...........	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas).........	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)........	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de).........	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F.Georges)..........	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)...........	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)...........	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas).........	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS				
(Mathieu de).	Théologie	[8]août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)...........	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent).............	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)..............	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)............	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F.Charles).........	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)...............	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT				
(Gabriel de)..	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN				
(Gabriel-Adheimar)....	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)...........	Philosophie	[16]août1671	II	212
MORIN (Henri)..............	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)...........	Droit canon	[16]avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre).........	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)..............	Théologie	[14 nov]1669	II	216
NOÜET(Anne)................	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu).........	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT				
(Séraphin)..	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-				
DU-MAINE (François).....	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART(Jacques)..........	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)...........	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE				
(Balthazar)......	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD				
(Pierre-Jean-François de).	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)...........	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume).........	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES(Bernard)...........	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES(Louis).............	Philosophie	1erJuil.1657	II	229
PIETRE(Paul-Claude)........	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean).................	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)................	Théologie	[23 fév]1662	II	232
PISTEL (Laurent)...........	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)..........	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)............	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ(René).......	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)..............	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)..........	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL(John)..............	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).............	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)...........	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)...........	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)...........	Théologie	[30]août1664	II	243
RESTAURAND (F.André).......	Théologie	[11]oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)..............	Droit canon	[30]déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de).........	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de).........	Théologie	1er fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)............	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE(Simon)............	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)........	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean).............	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)........	Théologie	[4]janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)...........	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de).......	Théologie	[23]fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)..	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel).............	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)...........	Théologie	1er fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond).........	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de).....	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)........	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)........	Théologie	[3]févr.1661	II	263
TERRAT(Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine).........	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonsede)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)............	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)............	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)...........	Théologie	[31]déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)........	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOOoo--

1158445551

tia. Ad honeſtam ſocietatem, ad alias ſcientias, jmò & ad Beatitudinem conſequendam haud parum neceſſaria eſt.

II.

RATIONE finis diuiditur in ſpeculatiuam & practicam, tanquã in ſpecies; ratione objecti, in Logicam &c. vt in partes illam integ[illegible]s. Porrò Logicę objectum eſt Ens rationale diſti[illegible], à Modo ſciendi indiſtinctum. Vtens h[illegible] eſt habitus, non practicus; ſed ſpeculatiuus, ad [illegible]tias in ſtatu perfecto acquirendas ſimpliciter ne[illegible]s, propriéque ſcientificus.

III.

ENS rationis ratio[illegible] [illegible]rens deffendit, non factum, ſed fictum admodum &c. habens eſſe tantum obiectiuè in intellectu dum cogitat: poteſt à Deo cognoſci, non effici, nec ab vlla potentiâ creatâ præter intellectum, idque per ſimplicem apprehenſionem ſolùm. Efficit ens rationis qui priuationes & negationes, extrinſecas denominationes, jmò & ſecundas intentiones fingit non eſſe reales.

IV.

SECVNDÆ intentiones tùm de primis tùm de ſecundis prædicantur formaliter. In primis æquale concretum de æquali prædicari poteſt, ſed materialiter. Vniuerſale dicitur vnum aptum prædicari de multis vniuocè, & ineſſe illis cum diuiſione. Diuiſio eius in quinque ſpecies nec immediata, nec vltima. Fit per actum comparatiuum ſimplicé intellectus, non per cõpoſitum aut per abſtractiuum.

V.

GENVS prædicatur de ſpeciebus eſſentialiter, vt pars determinabilis: in vnicâ ſufficienter conſeruatur; quam ſimul cum indiuiduis vnicâ relatione reſpicit. Species vt tota eſſentia prędicatur de indiuiduis, nec per reſpectum ad genus vllatenus conſtituitur. Differentia & Proprium: ſimiliter de indiuiduis ſpeciei; illa in quale quid, hoc in quale neceſſario, Accidens de multis ſubiectis ſeparabiliter.

VI.

DENARIVS Cathegoriarum numerus cõmodus eſt non neceſſarius. Sola entia finita, cõpleta, & incomplexa recipit: quare arcẽtur abeo, partes, definitiones Deus. Subſtantia per ſe ſubſiſtit. Accidens inhæret alteri, de nullius tamen eſſentiâ eſt inhærentia. Subſtantia materialis ſine quantitate habet partes, non tamen extenſas ad ſpatium etiam internum, in quo conſiſtit ratio quantitatis.

VII.

LOCVS à ſuperficie non eſt diſtincta ſpecies, ſicut nec à motu tempus. Qualitas diuiditur in quatuor bimembres, per modos non differentias: ſola ſuſcipit magis & minus. Relatio Cathegorica realis eſt, vt pote diſtincta realiter à fundamento, quod relationem eſſe non implicat; omnis tamen relatio terminatur ad abſolutum. Non multiplicatur ad multiplicationem terminorum.

VIII.

SEX vltima prędicamẽta relationes ſunt extrinſecùs aduenientes. Actio eſt in agente, in patiente paſſio. Situs eſt diſpoſitio partium corporis, ſine reſpectu ad locum. Signum, quod cognoſcenti aliud a ſe repræſentat, aliud formale & aliud materiale. Propoſitio omnis eſt vera vel falſa: duarum tamen propoſitionum de futuro contingenti neutra eſt determinatè vera aut falſa.

IX.

MODVS ſciendi, oratio ignoti manifeſtiua, triplex eſt; præcipuus argumentatio, quæ formaliter conſiſtit in iudicio conſequentis. Definitio eſt validiſſimum medium demonſtrationis, quę definitur, ſyllogiſmus conſtans veris, prioribus, notioribus cauſiſque concluſionis. Circulus perfectus eſt impoſſibilis, non imperfectus, qui vtramque demonſtrationem implicat à priori & à poſteriori.

X.

SCIENTIA, cognitio certa & euidens parta per cauſam, diſtinguitur tum à ſpeciebus intelligibilibus, tum ab intellectu realiter. Nec medium, nec abſtractio, nec vtrumq; ſimul illam ſpecificant, ſi totalem intelligis. Nec vt vna ſubalternetur alteri ſufficit inferioritas. Actus ſcientię cum fidei & opinionis actibus de eodem obiecto cohabitare non poteſt in eodem intellectu, bene verò habitus.

Monaſtica ſeu Ethica, OEconomica ſeu Domeſtica, Politica ſeu Ciuilis, ſubiectiuæ & integrantes diuerſo reſpectu.

II.

POLITICA licet ordine temporis poſtrema ſit, at dignitate priores antecedit, ſicut OEconomica prę̨cedit Monaſticã: Nulla tamen earũ ſingulis ad benè viuendũ neceſſaria eſt. Bonũ, quod omnia appetunt, generaliter eſt verum vel apparens, illud increatum vel creatum, quod rursùs in tranſcendẽtale, phyſicũ, & morale diuiditur. Hoc eſt, quod à rationalibus appetitur, ſecundũ dictamen rectæ rationis.

III.

BONVM morale ratione finis diuiditur in vtile, iucũdum, & honeſtum: vltimum ambobus præſtat. Ratione modi in bonum propter ſe tantùm, in bonum propter aliud, & in mixtum. Porro bonum ita eſt appetibile per ſe vt voluntas nunquam appetere poſſit malum vt malum eſt: non tamen præciſe conſiſtit in appetibilitate; ſed in conuenientia, ſiue abſoluta ſiue relatiua.

IV.

OMNIA bonũ appetunt, ſeu appetitu innato ſeu elicito; non tamen omnia omne bonũ; ſed quod eſt ſibi conueniens. Bona inter ſolus finis appetitur propter ſe, media propter ipſũ; alius dicitur cuius, & alius cui; alius operis & alius operãtis. Qui vterq; ita debet eſſe bonus, vt etiã malũ ſub ſpecie boni apprehenſũ induere poſſit rationem finis. Quanto magis bonũ inferius, ſi ſuperius ad ipſũ ordinetur.

V.

OMNE agens agit propter finem, non tamen formaliter, ſed ſolùm intellectuale, Deus ipſe, non ad intrà quidẽ, ſed ad extrà: citra quem poteſt voluntas creata finem ſibi vltimum, ſaltem ſecũdum quid, ſtatuere. Datur namq; finis vltimus ſimpliciter, tam in vniuerſum, quàm in particulari omnium actuum humanorum. Plures autem Fines adæquatos ſimul intendere impoſſibile eſt.

VI.

BEATITVDO, quę ſummum eſt hominis bonum, non conſiſtit in diuitijs, nec in honoribus, quanto-minus in delicijs ſeu voluptatibus corporeis, imo nec in ſpiritualibus, ſed in optimo quolibet diuinoq; bono per amorem & contemplationem poſſidendo. Naturalis proprie nulla eſt fœlicitas, quicquid reclament atheiſtæ; ſed neque poſſibilem vnquam talem beatitudinem exiſtimo.

VII.

BEATITVDO ſupernaturalis hominis obiectiua, Deus; formalis, non eſt illapſus Dei, non habitus quidam, non actus tranſiens, non immanẽs partis ſenſitiuę, ſed actus immanẽs partis intellectualis, quo Deũ beatus perfecte poſſidet. Contemplatio illius beat intellectum, amor voluntatem, animam vterq; actus beatam efficit extenſiuè, ſolus amor eſſentialiter, formaliter & intenſiuè.

VIII.

BEATVS nemo eſt niſi amicus, niſi lætus, niſi ſecurus, niſi & perfectiſſimè ſatiatus. Quò certe aſpirat voluntas omnis, tam deſiderio naturali, quàm libero. Intellectus mouet voluntatem quoad ſpecificationem actus, & quoad exercitium, etiam per ſimplicem apprehenſionem, & per iudicium ſpeculatiuum. Quidni appetitus illam directè moueat?

IX.

VOLVNTAS mouet reciprocè omnes ſenſus, & vt regina imperat omnibus potentijs, intellectui quidem, ſenſibus internis membriſq; corporeis imperio ciuili & politico, ſenſibus autem externis & facultatibus vegetantis indirectè; imperio deſpotico nullis. Liberum arbitrium à voluntate facultas indiſtincta, ſi quidem libera eſt intrinſecè ſiue in ſpecie ſiue in indiuiduo & dum agit.

X.

IMPEDIRI mutarique poteſt voluntas, cogi, ſeu neceſſitari nunquam poteſt intrinſecè. Sola ignorantia inuincibilis antecedens deſtruit voluntarium ſimpliciter. Deus voluntatem noſtram præmouet, non tamen phyſicè. Angeli ſuaſionibus mouent, bonus illuſtrando intellectum, malus immutando phantaſiam, ipſique cæli ſuis influxibus mutare nos poſſunt indirectè.

neque ex aliis, ſed ex ipſis omnia fiunt: generationis tria ſunt: rei genitæ ſunt duo tantum.

II.

MATERIA primum eſt ſubiectũ eorum quæ generantur, & in quod vltimò reſoluuntur: alia eſt prima, alia ſecunda, quam ſola accidẽtia determinant. Prima eſt pura potentia Phyſica, non Metaphyſica, ſi quidem exiſtit independẽter à formâ; quanquã ſine forma eſſe naturaliter non poteſt. Potentiã eius ad formas, formã ne dixeris veluti mediã; ſed eſt mera capacitas ſolùm ab ea diſtincta formaliter.

III.

FORMAS omnes & ſingulas materia appetit ſimul, etiam habitas, etiam deſtructas, ſed non æqualiter: Imò ſub nobiliori poſita ſitit ignobiliores. Materiales de ſinu illius educuntur nõ ſpirituales, rationẽ tamen in eâ formarum ſeminariam, ne quęras. Formam corporëitatis ſibi coæuam reſpuit, non quantitatem: generationem corruptionem-ue non patitur. Vna ſpecies eſt in humanis & in cœleſtibus.

IV.

FORMA ſubſtantialis qua cõſtat omne naturale corpus, & quâ tale eſt, non eſt quid completum, à materia tamen expetitur vt cõpleatur. Initio creatæ ſunt formæ, nunc educuntur omnes, ſi formam hominis excipias. Nec vnica plures materias, neque plures vnam informare poſſunt, putà, non ſubordinatas. Nulla ſine materia per Deum conſeruari nequit. Nulla non per ſe ſubſiſtit.

V.

PRIVATIO principium eſt generationis, non conſequens & remota, ſed proxima & antecedens. Vnio non principiat; quę non eſt qualitas quędam media, nec indiſtãtia partium, ſed reſpectus extrinſecus ſeu materiæ ad formam, ſeu vtriuſq; ad agens. Totum à partibus vnitis diſtinguitur, ſed non realiter. Ad eſſentiam illius pertinet materia ſeu generatione accepta ſeu nutritione. Non ſic vnio ſubſtantialis.

VI.

NATVRA principium eſt motus & quietis paſſiuum eius in quo eſt per ſe & non ex accidenti. Nihilominus formæ cõpetit & materię naturas eſſe. Ars imitatur naturã & perficit, tam in ratione objecti, quàm ſubjecti: non aſſurgit verò ad opera naturæ directè & per ſe fabricanda; quamvis indirecte poſſe non abnuam: nec aurum arte chimica verum exprimi tandem valere.

VII.

CAVSA benè deſcribitur principium per ſe influens eſſe in aliud, & iſte influxus cauſalitas eſt. Diuiſio Ariſtotelis in quatuor cauſas nec immediata nec vltima, tamen eſt optima. Materialis habet influxum tam in formas quam in compoſitum, formalis in compoſitum ſolùm, non in materiam. Harum ex integro Deus ſupplere cauſalitatem non poteſt.

VIII.

CAVSA efficiens, quæ per actionem dat eſſe reale effectui, alia eſt prima, quæ Deus eſt; alia ſecunda, & ſunt res creatæ: habent enim verã efficientiã, ſolũq; ad actiones illarũ cõcurrit Deus non pręcurrit. Concurſus Dei non eſt actio creaturę vt à Deo depẽdens, non influxus Dei ſpecialis phyſicus in creaturam, nec virtus illi impreſſa, ſed voluntas conſeruãdi in ea vim actiuam tam pro actu 2. quàm 1°.

IX.

DEVS non determinat creaturam, ſed ab ea determinatur quæcunque illa ſit & quoad exercitium & quoad ſpecificationem, & quoad ipſũmet indiuiduum. Finalis eſt cauſa phyſica, ſi quidem non cauſat per ſuum eſſe formale & intentionale, ſed ſecundum eſſe ſuum reale. Cauſalitas eius in actu primo eſt bonitas finis, in actu 2. motio objectiua & Metaphorica.

X.

EXEMPLAR ad quod reſpicit opifex vt ſimile quid ad extra confingat, pertinet ad cauſã efficientẽ cauſatque cum ipſum dirigit actu. Inſtrumẽtũ non bene dicitur quod agit vt motum à cauſa principe, ſed quod ad effectum concurrit ratione ſuę figurę & quãtitatis. Cauſæ non ſunt ſibi inuicem cauſæ in eodem genere, nec effectus ab vna productus potuiſſet ab alia paris virtutis produci.

... ſpeciatim ſingulis objecta & principia ſubminiſtrat.

II.

ENS propriè nequit definiri. Diuiditur in increatum & creatum, tanquam in primas ſpecies, non autem in quantum & non-quantum. Datur conceptus illius formalis & objectiuus præciſus ex natura rei à conceptibus inferiorum, ad quæ non determinatur per modos ſed per differentias, in quibus formaliter non includitur, deque illis vniuocè non prædicatur.

III.

PRINCIPIA entis, rei ſunt nulla, cognitionis plurima, complexa & incomplexa. Primum illorum eſt idem ſimul eſſe & non eſſe. Gradus entitatiui ſunt extra differentias etiam indiuiduales: ſecundum hos ſubſtantia ipſa ſuſcipit magis & minus. Creaturæ nullum habuerunt ab æterno eſſe reale ſimpliciter nedùm eſſentiæ; benè verò eſſe ſecundum quid poſſibile & obiectiuum.

IV.

ESSENTIA quæ primum eſt & radicale principium proprietatum diſtinguitur tum ab ipſis, tum à ſuamet exiſtentia formaliter. Hęc eſt actus Metaphyſicus quo res eſt actu extra nihil: tam ſubſtantię quam accidenti conuenit pręter ſubſiſtentiam & inhęrentiam. Subſiſtentia eſt modus quo natura redditur incommunicabilis alteri à quo compleatur & cum quo faciat vnum per ſe.

V.

SVPPOSITVM nîl addit ſupra naturam poſitiuũ. Realis ſeparabilitas eius cognoſci naturaliter non poteſt. Ens & vnum conuertuntur, diſtinguitur tamen vnitas ab ente tanquam proprietas à natura. Negatiua eſt definitio eius at ratio certè poſitiua. Tranſcendentalis, licet ſit omnium entium, minima eſt. Formalis, quæ naturarum eſt communium, maior. Numerica omnium maxima.

VI.

VNITAS numeralis non repetitur à materia ſiue ſignata ſiue non, nec à multis accidentibus; ſed ab vltima cuiuſque rei realitate, quâ conſtituitur ſingularis. Veritas non eſt ſola negatio falſitatis, nec rei ad ſua principia, aut ad ideas diuinas conformitas, ſed eiuſdem intelligibilitas. Formalis omni mentis operationi competit. Falſitas primæ repugnat, nec datur in rebus.

VII.

BONITAS eſt integritas rei conſtitutæ eſſentialiter. Haud male tamen exprimitur per appetibilitatem. Datur malum naturæ ſiue abſolutum, ſiue reſpectiuum. Diſtinctio realis eſt inter ea quæ ſunt ſeparabilia, vel vt talia ſe habent. Alia eſt poſitiua alia non. Diſtinctio rationis vera non eſt. Vtrique eſt ſua identitas correſpondens.

VIII.

DISTINCTIO formalis ſcotica ſtetit huc vſque inconcuſſa realem inter & rationis media. Porrò vnum eſt neceſſarium ſimpliciter, ſecundum quid ea quæ ab intrinſeco diſſolui non poſſunt. Contingentia Metaphyſica oritur à Deo, phyſica & moralis à voluntate creata. Si tamen Deus neceſſario ageret nobiſcum, vtramque demoliretur.

IX.

NON ſola potentia objectiua eſt conſiderationis Metaphyſicæ, ſicut nec ſolus actus entitatiuus ipſi correſpondens. Potentiæ paſſiuæ reſpondet actus informans, actiuæ actus productus, hic cognitione prior eſt ſuâ potentiâ, naturâ & dignitate poſterior. Deum eſſe ratio à priori demonſtrare non poteſt. Quamvis propoſitio (Deus eſt) ſit per ſe nota.

X.

EXISTENTIA eſt de eſſentia Dei, qui deſcribi poteſt ſubſtantia viuens intellectualis, eſſentialiter ſingularis & per ſe exiſtens. Habet modos & attributa à ſe diſtincta formaliter. Angelos eſſe nulla ratio demonſtrat, ſuadet aliqua ſubſtantias eſſe ſpiritales, immortales &c. numerus eorum penè innumerus, ordo Hierarchicus. In inferis ordinem non ſeruant.

De his afflante S. ſpiritu, ſub inclytis Beatiſſimæ Virginis auſpicijs, aſpirante P. N. Seraphico B. Franciſco Reſpondebit, F. GEORGIVS MARNE', Prou. Franciæ, Cuſtodiæ Normaniæ, Conu. Bernayenſis. Die Lunæ 29. Maij, Anno reparatæ ſalutis 1662. à meridie ad veſperam.

Arbiter erit P. F. FRANCISCVS HERSANT Minor Vernolienſis, Philoſophiæ Profeſſor.

M. Charles De Rosmadec Euesque De Vannes.